



**Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.**

D[omi]nica ij. adue[n]tus de diuinitate iesu [christ]i: qui sicut fuit verus  
[et] perfectus homo: ita fuit verus [et] perfectus de[us]. quod si quis no[n]  
crederet: absq[ue] dubio periret: ita ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

**Dñica. II. aduētus. Sermo VIII**

dere velit apud suum dilectū filium re  
gnantem in celis : quem ipsa tenuit in  
vtero incarnatum in terris: qui est bñs  
dictus &c. Amen.

**D**ñica scda aduentus : de diuinitate  
Jesu xpi: qui sicut fuit verus & pfectus  
homo: ita fuit verus & perfectus deus:  
qd si quis nō crederet absqz dubio peri  
ret: q: ita debemus credere xpm deum:  
vt etiā non negemus hominem : et ita  
ipsum hominem tenemur confiteri vt  
etiam deum esse non dubitemus.

Sermo. viij.

**J**esus est filius dei. Fructus. viij.



**L**atus qui nō

fuerit scandalizatus i me.  
Verba sunt redēptōis  
nrī originali Mat. xj. et  
in euāgelio p̄sentis dñi

ce. Conat antiquus hostis quātuz pōr  
mentē euertere a luce veritatis: vt erro  
re disseminato in animā sibi credentes:  
eā facile decipiat: atqz deducat p̄ semi  
tā vitioꝝ. Et iter cetera conat suggere  
re his qui curiosi vel tertes fuerint: opi  
niones varias falsas & impias circa in  
carnationis sacratissime mysteria. De  
quibus qui male sentit de xpo redēpto  
re vere scādalizatur: & a sua salute p̄cul  
dubio efficitur alienus. Recirco redem  
ptor: noster discipulos Johānis instrux  
it dicens eos fore beatos qui non scā  
dalizantur in ipō. i. qui bene sapiūt de  
diuinitate & humanitate. Et quoniam  
xpm incarnatum ita confiteri debem⁹  
hominem vt non negemus deum: ideo  
in presenti sermone de Jesu xpi diuini  
tate dicturi sum⁹. De qua null⁹ in xpo  
scandalizari debet: quia omnes ipsum  
credere tenemur verū hominē & verus  
deum. Ad quod plenius intelligendus  
veritatem hanc curabimus declarare  
sub vno fructu: scz Jesus est filius dei.  
Pro quo notabimus tres conclusiones  
principales.

Prima conclusio d: testificationis.  
Scda conclusio d: attributiōis.

Tertia conclusio d: operationis.

**Q**uod xps deus sit: q: hoc habet ex testi  
monio humano angelico et diuino: ita  
q̄ tam scripture iudeoz q̄ gētiliū siue  
etiam xpianozum clamant ch̄istus esse  
verum deum. Caplm. f.

**P**rima conclusio d: testificatio  
nis. Colligim⁹ nāqz xpm esse  
filium dei ex multiplici testi  
monio scripturarū q̄ de ipō  
loquunt: de qb⁹ aliqz adducam⁹. Pro  
quarū ordinatiōe annotabim⁹ triplex  
testimoniū in scriptura inuentū siue re  
pertum de dño iesu xpo.

Primū d: humanū.

Secūm d: angelicū.

Tertium d: diuinū.

**P**rimū testimoniū d: humanū: qd  
proferunt iudei: & testificantur gētilēs:  
& inimici xpi manifestant. Primo nāqz  
iudei testificantur diuinitatē xpi. Ecce  
iam Esaias incipit loq̄. Dicit em. ix. c.  
Paruulus natus est nobis: & filius da  
tus est nobis. Ecce humanitas. & sequi  
tur: Et vocabit nomen eius admirabilis  
& filiaris: deus fortis: pater futuri  
seculi: princeps pacis. Ecce diuinitas.  
Quia vt dicit Nicol. de lyra. super hoc  
passu Translatio. lxx. interp: etum h̄.  
Et vocabitur nomen eius magni cōsis  
lij angelus. In translatione dō chaldai  
ca habetur. Vocabitur nomen ei⁹ p̄ma  
nens in secula messias. Item Hierem.  
xxij. Ecce dies veniunt dicit dominus:  
et suscitabo Dauid germen iustū. Trās  
latio chaldaica habet statuam messias  
iustum. Et subditur: Et hoc est nomen  
qd vocabant eū dñs iustus nr̄. In he  
breo dō ponitur nomen dei tetragram  
maton: vt dicit Nicol. de lyra: qd est no  
men solā essentiam dei significans pat  
dicit Rabbi Salomō. Itē Baruch. ij.  
Vie est deus noster et non estimabitur  
alius aduersus eum. Ecce diuinitas. et  
j. Post hec in terris visus est & cum ho  
minibus cōuersatus est. Ecce humani  
tas. Itē Jobes bap. q̄ xpm baptisauit  
di. Job. j. Vidi spm descendēte q̄si colū

## Dominica. II. aduentus.

ba de celo: et māsīt sup eum et ego nescie  
bā eū: sed q̄ me misit baptizare in aqua  
ille mihi dixit: Sup quē videris sp̄m de  
scendēre et manentē sup eū hic est q̄ bap  
tizat i sp̄scō. Et ego vidi et testimoniū  
perhibui: q̄ hic est fili⁹ dei. Itē Natha  
nael dixit xpo Johan. f. Tu es filius dei  
et Petr⁹ aploꝝ princeps Matth. xvj. a  
xpo interrogat⁹ r̄ndit. Tu es xps filius  
dei viui. et sc̄a Martha Johā. xj. dixit  
xpo: Ego credidi q̄ tu es xps filius dei  
viui q̄ in hūc mūdum venisti. et Lēturio  
Matthēi. xxvj. c. dixit de xpo: Vere fi  
lius dei erat iste. Et Josephus iudeus  
de xpo loquēs in. xvij. lib. antiquitatū  
ait: Fuit predictis temporibus sapiens  
vir: si tñ eū virū nominare fas est. Erat  
em̄ mirabilium operū effector: et doctor  
omniū eoz qui libēter ea que vera sunt  
audiūt: et multos quidē iudeoz multos  
quoq̄ ex gentibus sibi adiunxit: xps hic  
erat: hūc accusatione primoz nostre gē  
tis viroz cū Pilatus eum in cruce agen  
dū decreuisset: nō deseruerūt hi qui ab  
initio dilexerūt eū. Apparuit em̄ eis ter  
tia die iteruz viues h̄m q̄ diuinitus in  
spirati pphete vel hec vel alia de eo in  
numera miracula p̄dixerunt: sed et in  
hodiernū diē xpianoz q̄ ab ipso nomi  
nati sunt et nomen p̄seuerat et gens: hic  
Josephus. Itē Rabbi moyses in li. de  
iudiciis: de xpo loquēsdicit: Jesus nar  
zarenus visus est esse messias. et Paul⁹  
ap̄ls ad Heb. f. inq̄t: Multipharā mul  
tisq̄ modis olim deus loquens patrib⁹  
in pphētis: nouissime dieb⁹ istis locut⁹  
est nobis in filio quē cōstituit heredem  
vniuersoz: p̄ quē fecit et secula. et ad Ro  
mā. f. Qd̄ ante p̄miserat per pphetas  
suos i scripturis sanctis de filio suo r̄c.  
et ad Titū. ij. Apparuit gr̄a dei et salua  
tionis nostri. In sup testimoniū asserunt  
de xpi diuinitate gētilis et pagani. Nā  
Calcidius sup. ij. Thimei Platonis po  
nit de stella creata in xpi natiuitate: et di  
cit q̄ stella illa nō fuit morbos et mortē  
denūcians: sed aduētū dei venerabilis  
ad hūane cōsummationis rerūq̄ mor

talium gratiam. Quā stellā cū nocturno  
tēpore insperissent chaldeoz p̄fecto vis  
ri sapiētes: et in cōsideratione rerū cele  
stū satis exercitati significasse dicūt res  
centē ortū dei. Itē in lib. quodā reperto  
apud Toletū in quodā saxo tpe Ferdin  
nādi regis castelle q̄ scriptus erat lites  
ra hebraica: greca: et latina loquens de  
triplici mūdo: ponēs xpm in tertio mū  
do dicebat: In tertio mūdo fili⁹ dei nas  
setur ex virgine maria: et pro salute om  
niū patietur. Et erat ibi scriptū q̄ liber  
ille tēpore dicti regis deberet inueniri.  
Itē Sibylla erythrea. vt Augu. dicit  
xvij. li. de ciui. dei. c. xxiij. versus quosdā  
cōposuit de fine mūdi: quoz prime litte  
re iuncte sonant. Jesus xps theryos so  
ther: qd̄ est latine. Jesus xps filius dei  
saluator. De alijs autem sibyllis que de  
xpo pphetarūt dicētes ipsum esse filiū  
dei: ad presens taceo: qm̄ ipsarum dicta  
nō potui autēte inuenire: licz de ipsis  
inueniat. Fidorus. vij. Erymol. lib. lo  
quēs: quas decē fuisse cōmemorat. Pris  
mo persica: que fuit de persis. Secūda li  
byca. Tertia delphica in tēplo delphici  
Apollinis genita que ante troiana bel  
la varicinata est: cuius plurimos vers  
us operi suo Homer⁹ inseruit. Quar  
ta chimeria in italia. Quinta Erythrea  
noīe Verophila in babylone orta: que  
grecis ylion petentibus vaticinata est  
perituram esse troiam et Homerum mē  
dacia scripturus. Dicta autem erythrea  
quia in eadem insula est inuenta sunt  
carmina. Sexta Samia a samo insula  
vnde fuit cognominata. Septima Lu  
mana noīe Amaltea: que. ix. libros attu  
lit tarquinio pulco: in quib⁹ erāt decre  
ta romana conscripta. Ipsa em̄ Lumea  
est de qua Vergilius dicit: Ultima cum  
mei venit iam carminis etas. Dicta autē  
fuit Lumana a cumā ciuitate: que est in  
cāpania: cuius sepulcrū in sicilia adhuc  
manet. Octaua hellepōtia in agro tro  
iano nata: que scribitur Solonia: et Ly  
ri fuisse tēporibus. Nona phrygia. Deci  
ma tyburtina. De his fertur q̄ in suis

carminibus de xpo deo et hoie multa pre-  
dixerunt. Ite in historiis romanorum inue-  
nitur quod tempore Constantini imperatoris et  
Helene matris eius inuentum fuit quoddam  
sepulcrum Constantinopoli: in quo iacebat  
homo auream laminam habens: in qua scri-  
ptum erat. Xps nascetur de virgine. Cre-  
do in eu. O sol et luna: sub Helene et Co-  
stantini temporibus iterum me videbitis.  
Postremo xpi diuinitatem testantur inimi-  
ci sui. Si loquamur de iudeis: ecce quod  
dispersi sunt per uniuersum mundum da-  
ti in opprobrium cunctis gentibus. Si di-  
camus de romanis imperatoribus xpm  
persequentes in martyribus suis: non  
ne omnes perierunt crudeli morte? Patet  
de Nerone: qui ab imperio depositus: ex-  
tra urbem miserabiliter mortuus est. Do-  
mitianus a senatu Romano interfectus  
est. Decius a diabolo eiectus decessit.  
Diocletianus primo ab imperio depositus  
inde stragulatus est. Maximianus occi-  
sus est. Sic et alij ut Maximianus: Gallus  
Valerius: Seruius: Volusianus: Con-  
stantinus: Julianus: Theodotus: et ceteri  
qui xpm male impugnantes: male finie-  
runt. Si hereticos attendamus inueni-  
mus de ipsis quod manu dei fuerunt per-  
cussi. Et ceteris dimissis: ne prolixitas  
tedium generet: contra Arrium illud maledi-  
ctum dirigamus sermonem: qui ob impie-  
tatem suam danatus est in generali con-  
cilio Niceno: ut notat. xv. di. c. canones  
Iste fuit ille maledictus nequam: qui multa  
falsa de xpi diuinitate pessime dogma-  
tizauit. Et enim dicit Cassiodorus lib. i.  
historie tripartite. et Eusebius in. x. lib.  
historie ecclesiastice. Arrius fuit presby-  
ter alexandrinus in sacris litteris erudi-  
tissimus: cupidus glorie: et hypocrita  
magnus. Qui videns Alexandrum ordina-  
tum in episcopum alexandrinum: quod ipse  
cupiebat: eundem inuidit: et cum Alexander  
filium equalis patri esse diceret: ut ipsius  
impugnaret cepit contrarium asserere: di-  
cebatque filium creaturam a substantia patris  
separatum. Hoc tempore Silvester romae et  
Constantinus magnus imperator: in co-

stantinopolitana urbe concilium ordina-  
ri fecit in Nicea. In quo concilio ut di-  
ctum est reprobatum sunt Arrius et sequa-  
ces eius. Mortuo vero Constantino Con-  
stantini filius imperium omnem tenuit:  
qui Arrium in gratiam recepit deceptus ab  
eo: quoniam fatebatur se credere symbolam apo-  
stolorum: et maliciose hoc iuramento confir-  
mauit. Reuersusque est hoc modo constan-  
tinopolim cum complacibus suis: et vo-  
lebant concilium celebrare. Quod sentiens  
Alexander conatus est impedire: sed nes-  
quies aperte dixit Arrium non esse catholi-  
cum: nec licere infringi sententiam episco-  
porum. Tunc Eusebius quidam fauens Arrio  
dixit Alexandro iuramento quod nisi publi-  
ca concione Arrium cum uniuersis apud se sus-  
ciperet: tertia die ipse ad exilium mittere-  
tur. Discedens ergo mestus Alexander ora-  
bat ne Eusebii verba sortiretur effectum.  
Igitur una die sub altare pronus iacuit  
tota nocte rogans deum ut impediret ma-  
liciam inimicorum suorum. Post haec ad pala-  
tium imperatoris vocauit Arrium petens an-  
cillium decreta seruaret. Qui respondit. Ita:  
Credens ergo vobis Arrii suscipi eum ab  
Alexandro in concione precepit. Erat enim  
tunc sabbatum ante pascha resurrectionis.  
Itaque dum Arrius egressus esset impera-  
toris aula: et honoraret obsequium satel-  
litum Eusebii ac populi: sicque magnificus  
incederet per urbem: tandem ad locum venit:  
cui nomen est forum Constantinum. Ibi torus tre-  
mefactus est et ventris sui solutio facta eum  
coegit secessum querere. Et non tamen feces  
sed etiam fluxum sanguinis cum intestinis emi-  
sit: splen etiam fluxit et iecur. Et in tanta fetis-  
do actu mors subsequuta est. Audiuimus  
ergo ex huiusmodi exemplis quanta sit potentia  
huius crucifixi qui nisi deus fuisset non fecis-  
set talia. Secundum testimonium manife-  
stas xpi diuinitatem dei angelicum. Ab ipsis  
namque angelis habemus quod xps fuerit fili-  
us dei: scilicet ab angelo Gabuele dicente  
virgini Marie. Excipies etc. Quod nascet  
ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ab an-  
gelo permanente Iosepho Matthei. s. Et ab  
angelis qui post ieiunium. xl. dierum accesserunt  
L 11

rūt et ministrabāt ei. *Matt. iij. c.* **Q**uod testimonium ad cōprobandā xp̄i diuinitatē dicitur diuinum. Nam *Matt. xv. c.* Audita est vox de celo a petro Jacobo et Johāne. *Dic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui. Et iterū in stāte tēpore passionis Johā. xij. c.* ipso iesu dicente patri. *Pater clarifica filiū tuū: vox patris audita est. Et clarificauit et iterū clarificabo.* Sufficiant igitur tot testimonia: licet possumus dicere quod quę eūq; martyriū gesta doctoꝝ et sanctoꝝ exēpla xp̄m deū esse dedarant. De quib; als dicturi diffusius erim; donante deo oipotēte i tractatu de doctrina xp̄iana.

**Q**uod xps deus sit: quod sibi attribuūtur in scriptura diuina que soli deo cōueniunt scy sanctificatio animarū: remissio peccatorū: pductio mundi.



**E**cūda conclusio dicitur attributio. Attribuūtur nāq; in scriptura dño iesu xp̄o que dam que soli deo cōueniūt.

**P**rimū dicitur aīaz sanctificatio. **S**cōm dicitur peccatorū remissio.

**T**ertiu dicitur mundi pductio.

**Q**uod primū quod deo cōuenit dicitur aīaz sanctificatio: ut patet *Leuit. xxi. c.* ubi dicitur: *Ego dñs qui sanctifico vos. et hoc dicitur ad *Heb. ij.* Qui sanctificat et qui sanctificatur ex vno oēs rē. et ad *Heb. vlti.* Iesus ut sanctificaret p suū sanguinē populū extra portam passus est.*

**Q**uod scōm quod deo conuenit dicitur peccatorū remissio. *Uñ *Esa. xliij.* Ego sum qui deleo iniquitates vestras. Uñ *Matt. v. c.* angelus dixit Ioseph. Ipse saluū faciet populū suū a peccatis eorum. et *Matt. ix. c.* cū quidam ex scribis intra se murmurauerūt: quod xps dixit paralytico. *Cōfide filij remittentur tibi peccata tua. xps dixit: Et quod cogitatis mala in cordibus vestris: Quid est facilius dicere remittunt tibi peccata tua: an dicere surge et ambula: Et autē sciatis quod filius hoīs habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectū tuū: et vade in domū tuā.**

**Q**uod tertiu quod deo cōuenit est mundi

productio, iuxta illud *Esa. xlvij.* *Ego ipse primus et ego nouissimus. Manus hęc mea fundauit terrā: et dextera mea mēsa est celos: et hoc attribuit xpo Johā. i. cū dicitur: In principio erat verbus rē. Oia per ipsum facta sunt. et j. Mūdus per ipsum factus est. Quid de filio dei domino iesu xpo dicitur: sicut postea dicitur in cōclusionē. Et verbū caro factū est: et habitauit in nobis rē.*

**Q**uod xps sit deus: quod fecit mirabilia: que fuerūt sufficiens testimoniū diuinitatis sue ppter speciem operū: ppter modum: et ppter documentū. *Capitulu. iij.*



**T**ertia conclusio dicitur operatio. *Adstrant xp̄m esse deū opera miraculosa p ipsum facta. De quibus dicebat Johā. v. c.*

**O**pera que ego facio in nomine patris mei ipsa testimoniū perhibēt de me. *Admiracula quoq; xp̄i s̄m *Thō. iij. pre. q. xliij. ar. iij.* fuerunt testimoniū diuinitatis sue maxime ppter tria.*

**P**rimo ppter speciem operū.

**S**cōdo propter modū.

**T**ertio propter documentū.

**Q**uod primo ppter speciem operū: quod trāscedebant oēm ptātem create nature ppter pterea fieri nō poterāt nisi diuina virtute. *Uñ cecus dicebat: A seculo nō est auditū: quod aperuit quos oculos ceci nati. Nisi esset hic homo a deo: nō posset facere quicquid.* *Johā. ix. c.*

**Q**uod scōdo ppter modum: quod xps faciebat miracula propria virtute et autoritate. *Uñ *Luce. vi. c.* scriptum est: Virtus de illo eribat et sanabat oēs. et *Matt. viij. c.* Imperauit vētis et mari et facta est tranquillitas magna. et *Luce. viij. c.* Resuscitās adolescentulū dixit: *Adolescens tibi dico surge. et *Joh. xj. c.* in resurrectione Lazari dixit: Lazare veni foras: et sic de alijs miraculis eius. Alij dō qui miracula fecerūt: secerūt ipsa nō virtute ppria sed virtute diuina vel virtute ipsius xp̄i incarnati. Uñ Petrus ut scribitur in actibus apostolorum. *Act. iij. c.* dixit ei qui. xl. annis per seipsum nō poterat ambulare: et se**

Feria. II. post do. II. aduē. Sermo IX

debat ad portā templi. In noie iesu xpi nazareni surge et ambula. Et si dicatur q̄ in resurrectione Lazari xps egerit gratias deo patri. R̄sides aliud est gr̄as referre et aliud est gr̄as impetrare. Pr̄m̄ū nō p̄supponit sc̄dm̄: sed bene ec̄uerso. In sup̄ quare xps gr̄as egerit: habet ibi Joh. xj. Ego em̄ sciebam q̄ semp̄ me audis: sed p̄pter populū qui circūstat dixi ut credat q̄ tu me misisti: et si dicatur q̄ deus orauit: dicit Beda q̄ nō orauit ad petēdū suffragiū: sed ad dandū exēplū. ¶ Tertio miracula eius fuerūt testimonia sufficiens diuinitatis sue p̄pter documentū q̄ se filius dei predicabat: q̄ nisi verū fuisset: nequaquā ei assistisset diuina virtus in miraculoy operatione. Nā im̄ possibile est tam scelestō mēdacio quā tū est illud si nō esset verū: ipsius dei ferre testimoniū per opera infinite virtutis que sunt miracula vera: et p̄pter hoc cōueniens fuit xpi r̄sio: quā fecit his q̄ a Johāne in carcere fuerūt missi: q̄s ioh̄ hānes misit ad xpm̄ ut interrogaret eū. Tu es q̄ vēturus es: an aliū expectam⁹. Q̄d h̄m̄ Grego. Johānes fecit nō dubitās ipsum esse mūdi saluatore: sed ignorās an ad infernū esset in p̄pria persona descēsurus. Sciebat em̄ q̄ h̄tus passio: nis extrēda erat vsq̄ ad eos q̄ in limbo erāt. Vel h̄m̄ Ambro. sup̄ Lucā q̄ nō fuit ex ignorantia: sed ex quadā pietate. Vel sicut Chryso. voluit ut satisfaceret in hac questione discipulis suis: quib⁹ burū videbat melius de xpo credere q̄ de iohāne. Ideo xps se deū cōtestās cū tes inquit renūciate Johanni que audistis et vidistis. Ecce vident: claudī ambulāt: leprosi mūdantur: surdi audiūt: mortui resurgunt: pauperes euāgelizātur. In quib⁹ oibus se deū declarabat. Non dedignet̄ ergo gētilis nec idolatra nec infidelis quisq̄ xpo se subdere: q̄ videt eū vel vagientē in cuna: vel lachrymantem in brachijs matris: vel fascia precinctum: vel famescentē: vel sudantem: vel cōtumelias patientē: vel in cruce pendētem: vel morientē in medio latronū: q̄

hecoia in ipso fuerunt h̄m̄ assumptā naturam: seruata t̄m̄ in eodē supposito p̄prietate nature diuine. O mūdi supbia detestāda: o temeraria mētis humane curiositas. Erre ille qui cū hoibus visus est: videbit̄ in gloria maiestatis sue: qm̄ cōgregabūtur ante eum oēs gētes. Et qui eū deriserūt: et qui ei nō crediderunt: et qui eū nō adorauerūt condēnabūtur in ignē eternū. Qui autē amici eius esse voluerunt accipient benedictionem seu beatitudinem eternā promissam: ad quā nos perducatur qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Feria secūda post dñicam secūda aduētus: de gloria et sublimitate verbi incarnati: cōtra hereticos qui xpm̄ dei filium ita confessi sunt ut eū inferiōrē patri ac minōrē dixerint. Sermo. ix.

¶ Iesus magnificatus. Fructus. ix.



Latus qui nō

fuerit ac. Insurrerunt quidā sp̄i maligno inflati qui verbi incarnati gloriam et honorē parnifice re studuerūt. Nam cū audierūt christus dei filiū nominari per varias errorū opinionones hāc in xpo filiationē cōtemplarūt. Ob q̄d in xpo scādalizati sunt ita ut cū talibus erroribus nullo pacto poruerint incarnationis beneficiū participare. Cōtra quos dirigemus stilū: et dicemus de magnitudine incarnationis iesu xpi: que tanta est ut nihil sibi maius accommodari possit. Idem em̄ filium dei esse deum verum et dñm̄ omnīū creaturarū ostēdemus: et iccirco fructū nostrū cōponemus: qui est Iesus magnificatus. Pro cuius declaratione tres cōclusiones occurrūt declarāde.

Pr̄ma cōclusio d̄ singularitatis.

Secūda cōclusio d̄ eternitatis.

Tertia cōclusio d̄ equalitatis.

¶ Q̄d xps filius dei fuit verus et naturalis contra opinionem Cherinti: Fotini: Ebionis: Pauli samotani: qui dixerunt xpm̄ esse filiū dei p̄ adoptionē. Capm. i.